UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De laudibus sanctissimae matris Annae

Trithemius, Johannes

Mainz, 1494.07.21

Que[m]admodum mater anna filia[m] deo obtulerit viii

urn:nbn:de:bvb:12-bsb00082758-9

Visual Library

Quemadmodũ beatiſſima mater anna filiam ſuã dulciſſimã dño preſentarit in templo. Cap. viij

In principio voluminis regũ legim⁹: ꝙ anna vxor helchane ſamuel filiũ ſuũ quẽ a dño poſtulauerat: poſt annos ablactacõnis ad templũ deo ſeruiturũ obtulit. Intantũ vero grata deo extitit ſamuelis oblatio: ut eũ non ſolũ in ſacerdotẽ heli repudiato eligeret: ſed etiã ſpiritu ꝓphetie et ſapientie impleret. Quid fratres quid nobis ꝑ ſamuelis oblationem aliud innuitur: ꝗ̃ qđ beatiſſima dei genitrix dño in templo a matre p̃ſentatur? O ꝗ̃ grata extitit om̃ipotenti deo iſta oblatio: in qua iam tũc p̃parabatur vnigenito digniſſima manſio. Elegerat eã deus ante mũdi cõſtitutionẽ et p̃elegerat eam: et qđ ſine tp̃e diſpoſuit: hac p̃ſentatione adimpleuit. Quantam putamus tũc in celo fuiſſe leticiã: quãdo maria virgo adoleſceutula ſponſo celeſti copulabatur? Inducitur a matre ſanctiſſima virgo in templũ. dñm templi paritura: iamqꝫ deificis adaptatur nuptijs: infantula triennis. Quis tuũ enarrare ſufficiet o mater anna tũc gaudiũ: quãdo filiã a dño ſuſceptam templo ſeruiturã. immo dñm templi pariturã deuota tradidiſti? Nemo vnqꝫ tã gratũ deo munus obtulit: nemo theſaurũ tanti precij vnqꝫ templo p̃ſentauit. Mirantur ſancti parentes ſupra etatem in filia mores: mirãtur gratiã: mirantur alacritatem. Erat enim gratia plena ex vtero: nec macule quantũuis leui vnquã ſubiacuit: que dei templũ fuit. Quid miraris in filia mater? Non includitur ſub lege nature gratia dei: non requirit etatẽ ad operandũ que voluerit virtus ſpiritus ſancti: non neceſſitatur ſub annis multis donũ et voluntas altiſſimi. Sanctificauit tabernaculũ ſuum altiſſimus: et archam in qua manna verũ locare diſpoſuit: auro virtutũ puriſſimo intus ⁊ foris pulcherrime ornauit. Quã p̃fecta mr̄ in amore dei fuerit: ĩ hac oblacõe filie dulciſſime declarauit

Niſi em̄ in timore dn̄i fuiſſet ſolida: nunq̄ȝ a ſe filiā vnice
dilectā. teneram et nobilē auelli ꝑmiſiſſet. Sed vicit ma-
terna viſcera amor creatoris: et pignus qđ ſuper omnia
creata habuit cariſſimū: hilari vultu dn̄o obtulit conſe-
crandū. Nihil hic fortuitu geritur: nihil cōſuetudo ope-
ratur: omnia ſine tp̄e ab altiſſimo ſunt diſpoſita: omnia
dei conſilio ſunt ab eterno p̄ordinata. O ioachim ⁊ anna
feliciſſimi parentes: qui digni fuiſtis illā producere: que
ſine virili ſemine dei filiū meruit ꝓcreare. Uere laudibus
ſemꝑ honorāda cōdignis oblatio: que matrē deo, regem
angelis. mūdo diu ꝑdito preſtitit ſaluatorē. Tanta autē
puritate hanc oblationē decoratā credimus: qua purior
ſub deo nulla eſſe poſſit. Nā et regina angeloꝝ facta eſt:
mater dei: dn̄a mūdi. In maxima quoq̄ȝ gloria corā deo
eſſe credendi ſunt: parentes hi feliciſſimi qui dei filio ma
trem genuerūt. Diſcite o parentes timorē dei natis vr̄is
p̄ponere: diſcite illos ad amorē dei iuuenes informare:
ne ſi adoleſcentulos negligitis: cōtumaces poſtmodū in-
ueniatis. Anna filiā dulciſſimā triennem dn̄o obtulit: in-
fantulam deū timere docuit: erudiendam in timore dn̄i
templo p̄ſentauit. Uos autē nō ſic. Filias vr̄as ad cho-
reas et mūdi vanitatis amorē inſtruitis: nihil eis de ti-
more dn̄i dicitis: nihil de vita eterna ꝑſuadetis: quippe
qui nihil boni a parentibus didiciſtis. Non in multitudi
ne filiorum mulier glorietur ſi eos in charitate dei probe
inſtituere neglexerit: quia non multitudo filioꝝ feminas
ſed probitas cōmendat.

Qđ diua mater anna in maxi mo apud deum et omnes ſanctos honore habeatur. Cap. ix.

Credimus autē et abſq̄ȝ vlla heſitatione tene-
mus diuam annā dei genitricis parentē ſin-
gularis apud deū eſſe meriti et honoris: quo
non ſibi tantū ſufficiens ad gloriā: ſed nobis
quoq̄ȝ idonea ⁊ potens ſit ad ſubuentionē. Nam ſi apl'os

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN